Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26149

Copyright: Admont, Benediktinerstift

sumpsistis? Quare non intellex-

vel corporali.

-istis quia non de pane dixi vobis.

cavete a fermento panum

phariseorum et saduceorum?

Tunc intellexerunt quia non dixerit

cavendum a fermento panum

sed a doctrina phariseorum & sadu-

-ceorum. Venit autem ihesus in partes

Quam in honore tyberii cesaris philippus frater herodis ex-
struxit.

cesaree philippi & interro-

Ut non confessioni mercedem reddat. non quasi nesciat.

-gabat discipulos suos dicens.

Non dicit me ne insolenter loqui videatur.

Quem dicunt homines esse filium

Non vult exponi errores ut eis expulsis discipuli veritatem perferant. non ex vulgi opinione sed ex domini revelatione.

hominis? At illi dixerunt. Alii

iohannem baptistam. alii vero

helyam. alii autem ieremiam.

Id est supersticiosa doctrina que more fermenti verum panem simulat se habere substantiam. Per hoc innuit quid significent quinque panes et septem. Sicut enim fermentum dicit heretica dogmata. panes sunt vera doctrina.

In partes cesaree. Iste locus est ubi iordanis oritur ad radices libani. Ex ior et dan. fontibus duobus.

Homines dicit qui de filio hominis locuntur. Qui enim eius divinitatem intelligunt. Nota. dominus de se humilitatem humanitatis profert. discipuli divinitatem.

Alii iohannem. Sic potuerunt errare in helia et in ceteris sicut herodes erravit in iohanne cum ait. Iohannes quem ego decollavi surrexit a mortuis. Et ideo virtutes in eo operantur.